

Relictum in diem, reiterabilem, verbi gratia, in diem *Sancti Joannis*, quod debeat intelligi in perpetuum quolibet anno, ut hic resolvitur, docet plures relati à Barbofa, & reliquis *infra*; verius tamen iudico, dictum legatum regulariter loquendo non in perpetuum, sed pro prima vice praestandum, praeterquam si concurrat aliqua conjectura ex iis quas congerit Menochius de *presumptionibus*, lib. 4. *presumptione* 132. per totum, ubi bene explicat extum in *leg. cum quidam ff. de annis legatis* (de quo etiam late Barbofa in *leg. 8. §. quod in anno, ff. soluto matrimonio, ex num. 11.*) ubi perpetuum esse legatum innuit, ex voluntate interpretativa testatoris, qui respiciens communem usum, & consuetudinem eorum qui annuatim in die natali dividebant, & donabant amicis suis pecuniis, & alia, id praestari iustitiam autem nulla conjectura reperitur in contrarium, semel tantum legatum praestari debet, pro quo plures Doctores refert Barbofa *supra* n. 13. & ita etiam docent Palacius Rubies in *vrbica de donationibus*, §. 69. num. 21. Antonius Gabriel lib. 6. *tit. de legibus, conclusion. 2. num. 26.* Mantica de *consequentiis ultimarum voluntatum*, lib. 6. *tit. 11. num. 19.* & alii plures in unum congesti à Lava in *tractatu de Anniversariis*, l. 1. *cap. 3. num. 4.* ubi per discursum late agit de Anniversario relicto, an intelligatur de prima vice, vel in perpetuum? & num. final. laudans nostrum Gomezium in *presenti*, in ver. culo: *Quod tamen intellige*, ait quod si testator disponat quod aliquid erogetur in die mortis suae, vel exequiarum, vel in fine anni, vulgo: *Cato de anno*, semel tantum praestabitur, & fiet.

Ibi: *Item adde quod si testator, &c.*
Adde Menochium, & reliquos *supra*, & Barbofam in *d. §. quod in anno, num. 11. & 13.*
50 Ad num. 49. ibi *Unde in hoc subtili, & difficili passu, &c.*

Quod in obligatione generica debitor tantum teneatur ad unam rem ex contentis sub genere, ut docet, & explicat Gomezius in *presenti*, probat Lafarte de *decima venditionis*, cap. 7. *ex n. 10.* ubi laudat Gomezium, & cum eo transit, latissime explicans dictam resolutionem, Osaal. ad Donel. lib. 15. *cap. 1. lit. G.* quamvis taxet eum Molina de *iustitia*, tom. 2. *di. par. 569 num. 8.* ubi ait in practica obligatione comprehendendi omnia individua illius speciei, quae non villa, & abjecta sunt, sub distinctione tamen, ut in alternatiis, vide tamen Pichardum in *§. si finium, Instit. de officio Judicis* in materia de Individuis quam ibi ponit, *cap. 9. num. 108.* ubi ait quod in obligatione generica una tantummodo res est in obligatione, ut in alternativa, eum vide; & novissime D. Larream *decis. Granatensis* 14. *num. 9. & decisione* 18. *num. 11.*

51 ubi de debitor generis agit.
Ad n. 50. ibi: *Item adde quod in hoc contractu, &c.*
In promissione generica de qua num. *precedenti*, quod res medioeris debeatur, ut hic resolvitur docent Tufchus *litera E. conc. usione* 102. *num. 5.* referens ad hoc Baldum *conf. 180. num. 4. lib. 2.* Dinus, Cagnolus, & reliqui in *1. semper in obscuris, ff. de reg. iuris*, Capra in *regula* 113. *per totum, & late, & optime Steph. Gratian. discept. cap. 700. ubi num. 1.* statuit regula, quod si finis in contractibus, sive in ultimis voluntatibus, supradicta resolutio procedat, & num. 8. probat, quod quando electio datur haeredi ad solvendum legatum, potest eligere minimum: quod declarat latius Dinus in *dicta regula, semper in obscuris*, quem videas, & num. 11. probat cum multis

ipse Gratianus, dictam resolutionem non procedere in causa pia, nec in dotali, quae ei equiparatur, vel quando considerata conditione personae, cui legatum fuit relictum, debeat praesumi testatorem legasse quod maius est, non quod minus, ex Mantica de *consequentiis ultimarum voluntatum*, lib. 6. *tit. 11. Surdo de alimentis, tit. 8. privilegio* 25. *n. 11.* & aliis, de quo etiam vide *supra*, tom. 1. *cap. 12.*

Ibi: *Ex quo collige, &c.*
Quod solutio legati debeat fieri de rebus quae sunt in patrimonio, ut hic resolvitur, notum est, si vero talis res non est in patrimonio; tunc quod est medioere debet solvi, Capra *dicta regula* 113. *n. 41.* & cum eo Gratian. *supra*, *d. c. 700. num. 18.*

Ad num. 51. ibi: *Et magistratibus, & resolute, & dico, &c.*

In causis pecuniariis ex contractu descendentiibus quod debitor non debet incarcerationi, sed citari, convinci & condonari & si facta executione non reperiuntur bona, tunc ad capturam procedi possit, resolvit Gomezius in *presenti*, in quo advertendum est quod antiquitus debitor, qui post condemnationem debui solvere non poterat, addicebatur creditor in servitium lege nexus & talis debitor addictus dicebatur, ut ex aliis refert Covarruvias lib. 2. *variatarum, cap. 1. num. 1.* postmodum vero Jure cautum fuit (ut probat Gomezius) quod si debitor facta executione non satisfaciat, in carcere detineatur, donec debitum solvat, sic Covarruvias in *dicto cap. 1. n. 2.* Baëza de *inope debitoris*, *cap. 1. ex num. 25.* Azevedus in l. 19. *n. 21. lib. 4. Recop. ex num. 75.* qui ita intelligendum, & explicandum est, nempe quod debitor condemnatus per sententiam quae transivit in rem iudicatam, vel obligatus per instrumentum garentium, si bona in quibus fiat executio, non indicet, vel fideiussorem non praestet, qui caveat bona debitoris esse, & solvendo sufficientia, tunc ejus persona in carcerem conjicitur, & non antea, nisi debitum sit fiscale, ut bene explicat Valenzuela in *leg. nemo carcerem*, 2. *Cod. de exactionibus tributorum*, lib. 10. *num. 5.* vel iam debitor beneficii cessionis usus fuit; Suarez de Paz in *sua praxi*, 1. *tom. 4. parte, cap. 6. §. 9.* & late explicans alioque referens Pichardus in *meditationibus*, 2. *part. §. procepto per totum, & l. 4. Institutionum, tit. 6. §. cum eo quoque 40. n. 10. & 21.* & Narbona in 3. *partem Recopil. l. 14. tit. 2. lib. 6. glossa* 1. *ex num. 1.* & Salgado de *protectione*, 2. *parte, cap. 4. ex num. 125.* ubi de injusta incarceratione, & num. 119. & 130. ubi an iuste incarcerationis, vel pro debito falso possit deicneri pro vero?

Ibi: *Quam tamen captivam evitabit, &c.*
De cessione bonorum, de qua Gomezius in *presenti*, videndi sunt praeter ordinariam, Paz in *praxi*, 4. *parte, cap. 5. per totum*, Azevedus, Matienzo, & reliqui in *leg. 4. & sequentibus, tit. 16. libro 5. Recopilationis*, ubi etiam quod velles ordinatae sunt relinquenda illi, qui bonis cessit (ut ait Gomezius) & insuper instrumenta suae artis, Bolanus in *Curia Philippic. §. cession de bienes*, Petrus Gregorius in *synagm. lib. 22. cap. 8. & sequentibus*, Barbofa in *leg. maritum, ff. soluto matrimonio*, ubi de negare debitorum, vel mentiente, & de contrahente debita cum sciret se non esse solvendo, & alia, & in *lege alia, §. eleganter, eodem tit. ubi* de renuntiatione hujus beneficii, & aliis casibus in quibus amittitur hoc privilegium, Aviles in *cap. 18. pratorum, verbo, Qui*

Qual converga, ex num. 6. Guzman, in *tractatu de evitiis, questione* 10. *num. 19.* ubi an hoc beneficium prodest fideiussori? Villadiego in *politica, cap. 2. ex num. 173.* & in forma libellandi num. 25. & *seqq.* Diana *resolutio, moral. 7. parte, tractatu 8. per totum*, ubi etiam plures refert, Cevallos *questione* 701. ubi etiam de renuntiatione dicti beneficii, & alia, & latissime Pichardus lib. 4. *Institution tit. 6. §. cum eo quoque 40. per totum*, Oualdas ad Donellum lib. 37. *cap. 9. in notatis liter. P. Scaccias de commerciis, §. 2. glossa 5. & §. 7. glossa 5.* & novissime plures referens Salgado in *labyrinthis creditorum*, 1. *parte, cap. 1. & cap. 14. & 3. parte, cap. 16. ex num. 1. & n. 18.* & de differentia concursus creditorum, & cessionis; & alia plura, Gomez Baya in *sua praxi, questione* 59. apud quos hanc materiam satis explicatam invenies.

53 Ad numerum 52. ibi: *Item adde quod talis, &c.*

Cedens bonis non incarcerationi, quia in bonis postea quaesiti non tenetur in plus quam facere potest, praeterquam si dolose, & in fraudem debitor alienavit bona, ita resolvit Gomez. & docent relati *supra*, *num. precedentis*, maxime Barbofa, Guzman, & Pichardus qui in *dicto §. cum eo quoque, num. 32.* probat, etiam hoc beneficium fideiussoribus non prodesse, ut ait Gomezius hic, & Salgado *supra*, *num. 199.* ubi quod quando facit cessionem, & est tradendus creditori cum torque ferreo, pro debiti satisfactione, non debet relaxari à carcere donec effectum habeat traditio.

Ibi: *Item adde quod si debitor conveniatur pro delicto, &c.*

Qui convenitur pro delicto civiliter, quod non gaudeat dicto beneficio, sed luat in corpore, ut hic resolvitur, docent Bernardus Diaz in *regula* 75. ubi refert Jasonem in *leg. si quis id quod, ff. de jurisdictione omnium iudicum*, qui quatuor modis limitat, ubi Additionator, Salzedus alios refert Matienzo in *leg. 9. tit. 16. lib. 5. Recopilationis, glossa 2. num. 3. & 4.* Bolanus in *Curia Philippica, §. cession, num. 3.* Villadiego in *politica, cap. 2. num. 173.* Gratianus in *regula* 60. ubi praeter quatuor limitationes Jasonis, alias duas adducit, & tandem notat, quod si talis debitor in corpore sit panitus, licet postea pveniat in pinguiorem fortunam, non tenebitur amplius de quo etiam Matienzo in *leg. 4. dicto tit. 16. glossa 2. num. 12. lib. 5.* & circa illud axioma, quod non habens in ere, debeat luere in corpore, videndi sunt Avenolanus in *cap. 16. Pratorum, 2. parte, num. 7.* Menochius de *arbitris, casu* 447. Baëza de *inope debitoris, cap. 11.* Aviles in *cap. 1. pratorum, verbo, Derachamento, num. 6.* Oualdas ad Donellum lib. 27. *cap. 9. notatis liter. R. Cujacius in libro 1. quest. 7. auti, in leg. libertas 15. ff. de in jus vocando*, & alii plures relati à Pichardo in *§. panales, Instit. de actionibus, num. 19.* Farinacius tom. 1. *tit. 3. quest. 18. num. 56. & sequentibus, & quest. 26. per totum*, & Gomez Bayo in *collektionis, littera Q. num. 25.* vide etiam Salgadum in *labyrintho*, 1. *parte, cap. 7. ex num. 1.* ubi refert Thelauro *decis. 182. ex n. 4.* & Farinac. *supra*, & alios distinguentes, quod si poena parti applicatur in vindictam delicti, non habet locum cello, secus si pro damno, vel interesse.

Ibi: *Hodie tamen in nostro Regno, &c.*
De modo, & forma cessionis, & quo modo loquum habeat in hoc Regno, videndi sunt relati

supra, num. 52. in *versiculo*, ubi, quam tamen captivam evitabit, &c. maxime Pichardus in *dicto §. cum eo quoque, Instit. de actionibus, num. 46.*

Ad numerum 53. ibi: *Et videatur quod non, &c.*

Et ibi: *Sed his non obstantibus, &c.*
Quod uxor praeratur in servitio mariti edentis bonis, pro solutione dotis, ut hic resolvit Gomezius, docent Parladors lib. 1. *quotidianarum, cap. final. §. parte* 5. *num. 5.* Gutierrez de *juramento confirmatorio*, 1. *parte, cap. 18. num. 8.* Matienzo in *leg. 6. glossa 3. num. 3. tit. 16. lib. 5. Recopil. Paz in praxi*, 1. *tom. 4. parte, cap. 8. n. 4.* Bolanus in *Curia Philippica, §. cession, num. 14.* Villadiego in *politica, cap. 2. n. 172.* qui omnes, & aliquos ex eis referens Pichardus in *dicto §. cum eo quoque, Instit. de actionibus, num. 47.* optime advertunt, absque torque ferreo tradendum uxori maritum ob reverentiam illi debitam, contra Aviles in *c. 18. Pratorum, n. 7.*

Item quod filius debeat tradi patri in simili casu cessionis, docent Gutierrez in *tractatu de juramento, confirm. 1. parte, c. 18. n. 8.* & Azevedus in *leg. 6. tit. 16. lib. 5. Recop. num. 5.*

E contra autem, pater non debet tradi filio, ut probat Baëza de *inope debitoris, cap. 3. num. 2. & 26. & in cap. 17. num. 33. cum sequentibus*, & Gomez Bayo in *suis practiciis questionibus, lib. 2. quest. 59.* qui alios refert.

Ad num. 54. ibi: *Item adde, quod Nobilitas in no-55 stro Regno, &c.*

Nobilem pro debito non posse carcerari, nec teneri servire modo supra dicto, nec posse renuncare huic privilegio, 1. resolvit Gomezius, & docent Covarruvias lib. 2. *variatarum, cap. 1. num. 4.* Baëza de *inope debitoris, cap. 16. numer. 8. & 9.* Azevedus in *leg. 4. tit. 2. lib. 6. Recopil. num. 27.* Garcia de *Nobilitate, glo. a. 1. num. 8.* Otalora *eodem tractatus, parte, cap. ultimo, numer. 2.* Paz in *praxi, 4. parte, 1. tom. cap. 2. n. 32. & parte 8. c. panico, num. 20.* Bolanus in *Curia Philippica, 2. parte, §. prison, ex num. 7.* Pichardus in *§. cum eo quoque, Instit. de actionibus, ex numero 20.* ubi de bonis Nobilitum, in quibus non potest fieri executio, & alia, & novissime Narbona in 3. *partem nova Recopil. in l. 14. tit. 2. lib. 6. glossa 1.* & alii plures penes ipsos. Et quod Nobilitas non possit dicto privilegio renuntiare (ut Gomezius resolvit) probat Otalora de *Nobilitate*, 3. *parte principalis, cap. 6. n. 3.* Azevedus in *leg. 4. §. tit. 2. num. 14. lib. 6. Recopil. Gutierrez de juramento, confirm. cap. 16. num. 37. & sequentibus*, Cevallos *duas communes contrarias* referens *quest. 668.* & plurimos referens Narbona in 3. *partem Re opil. l. 14. tit. 2. lib. 6. glossa 4.* ex cuius legis dispositione hac resolutio jam non habet dubium, ubi num. 10. idem dicendum probat in Clerico, qui non potest renunciare privilegio fori clericalis.

Plures tamen sunt casus in quibus Nobilitas pro debito civili incarcerationi potest, quos videre poteris per Gutierrez lib. 4. *practiarum, quest. 14.* & omnes supra relatos, & per Nogaerol. *allegationis* 33. *ex num. 70.* ubi de conductore reddituum Regalium, & decimarum; Narbonam in *l. 14. tit. 2. lib. 6. Recopil. glossa 1. per totum*, ubi omnes casus enumerat, post Tiracellum in *tractatu de Nobilitate, cap. 25. & sequentibus, & ex numer. 8.* late disputat ipse Narbona in Nobilitas in casibus in quibus non potest incarcerationi, possit excommunicari, & non posse probari: & num. 50. & sequentibus, docet non posse capi

si fidejussor existat pro reo alicujus criminis, de iudicio fitendo, vel iudicatio solvendo, ratione debiti ex huiusmodi fideiussione resultantis, (de quo infra, cap. 13, num. 23.) & alia plurima, eum omnino videas per omnes glossas; & ibi numer. 54. declarat, quando debitum dicatur descendere ex delicto, & Polanum in Curia Philippica, 2. parte, §. prison, ex num. 7. Escobar de ratiociniis cap. 35. late Castillo in politica, lib. 3. cap. 6. & 15. Gomez Bayo in suis questionibus, libro 2. questione 125, ubi an Nobilis possit excommunicari pro debito; & an pro debito positi, vulgo, Del posito; Bobadilla in politica, lib. 3. cap. 3. num. 50. Escobar de ratiociniis, cap. 35. & Narbona in dicta glossa 1. num. 69. & vide novissime Salgadum in labyrintho creditorum, 1. parte, cap. 13. §. 1. ex n. 24. ubi de Nobili administratore bonorum Civitatis, vel bonorum concursus, & de Nobili qui promisit dare fideiussorem, & non dat; his enim casibus incarceration, vide ibi, & cap. 41. per totum.

Ibi: Quod tamen notabiliter inteligo, &c. Nobilis se talem negans, quod possit incarcerationi, ut hic resolvitur, docent Gutierrez de juram confirm. 1. parte, cap. 16. n. 23. & l. 4. practicarum, quest. 14. num. 9. & notter Gomezius in l. 79. Tauri, num. 4. Azevedus in dicta l. 4. tit. 2. lib. 6. Recopil. ex num. 29. ubi tres limitationes adducit, Joannes Gratianus in regul. 311. n. 2. Ignacius del Villar responso 6. num. 13. l. 1. Narbona in dicta l. 4. tit. 2. lib. 6. Recopil. glossa 1. num. 71. ubi num. 73. cum nostro Gomezio in l. 79. Tauri, num. 4. Baeza de inope debitore, cap. 16. num. 96. & Azevedo supra, num. 29. & alii docent quod si Nobilis citra fraudem, nulla decipiendi intentione, sed errore ductus, & falsa sui estimatione deceptus, se Nobile esse negavit, confitito postmodum de nobilitate, eaque probata sufficienter, non debet suo privilegio privari, nec incarcerationi.

Item quod Notabilitatis privilegia amittantur ex exercitio officii vilis, si nobilitas sit ex privilegio, secus si sanguinis, resolvit Communis, ut constat ex Garcia in tractatu de Nobilitate, gloss. 1. §. 1. num. 58. Gutierrez lib. 1. quest. 157. numer. 18. & 96. & Narbona in l. 14. tit. lib. 6. Recopil. glossa 1. ex num. 90. ubi plurimos refert, & late disputat: veritas tamen esse asserit D. Franciscus de Amaya in l. unica C. de infamibus, l. 10. num. 84. quod per exercitium officii vilis solum amittitur illud privilegium, quod à Principe solum concedi ut sint exempti à tributis, & oneribus qui vulgariter vocantur, Cavalleros pardos, quibus nulla nobilitas conceditur, sed solum dicta exemptio; & sic idem Author in l. 2. C. si servus ante libertum ad decurionatum, &c. eodem l. 10. ex n. 64. late probat Nobilem ex privilegio admittendum esse tanquam vere nobilem ad omnes illas res, quae nobilitatem desiderant, & sic ad honores Ordinum militarium, & ad Confraternitates nobilitatem requirentes & alia, dummodo verba privilegii illud patiuntur, ut si dicat Princeps verbis expressis, quod facit eum Nobilem, & suos descendentes, ut tales reputentur, & sint, iuxta forum, & consuetudinem Hispaniae, & ut possint gaudere omnibus exemptionibus, privilegiis, immunitatibus, & libertatibus, quibus gaudent Nobiles: eum vide & Barbosam de nominibus appellativis, verbo, Nobilis, num. 4.

56 Ad numer. 35. ibi, Et breviter de iure communi, &c.

Et ibi tamen hodie de iure Regio, &c.

Debitorem in causis civilibus hodie non gaudere Ecclesiae immunitate licet aliud fuerit de iure communi, resolvit Gomezius in presenti, & idera tenent plures relati à Bobadilla in politica, lib. 2. cap. 14. ex numer. 61. ubi id bene comprobatur, licet ipse num. 67. dicat nunquam vidisse practitari dictam resolutionem praeterquam in debitoribus, qui bona sua occultant, & secum deferunt, & sic pro contraria parte refert Azevedum in lib. 13. tit. 2. lib. 1. Recopil. & Gutierrez in l. 1. quest. 1. qui cum aliis repent debitorem immunitate gaudere, Suarez de Paz in praxi, 5. parte, summo 1. cap. 3. §. 3. ex num. 150. Farinacius in tract. de immunitate Ecclesiarum, cap. 3. ex numer. 57. Barbofa in collect. cap. inter alia, & de immunitate Ecclesiarum, num. 39. ubi num. 40. & 41. agit de exactore tributorum, & de debitoribus fallis seu deceptoribus, Diana resolution. Moral. 1. parte, resolus. 32. ubi etiam de deceptoribus.

Ad numer. 56. ibi: Et breviter, & resolutivo dico, &c.

Cadaver debitoris non posse detineri per creditores ob debita, ut resolvit Gomezius, docent Covarruvias lib. 2. covarruvias cap. 1. num. 10. & in cap. Raynaldus, de testamentis, §. 3. Duenas in regula 307. & plures referens Didacus Perez in l. 4. tit. 8. lib. 3. ordinamenti, Baeza de inope debitore, cap. 1. num. 29. Menochius de arbitrar. casu 487. numer. 16. & 20. Josephus Ludovicus decif. Perusina 78. num. 24. Garcia de expensis, cap. 8. num. 19. Gutierrez de juramento confirm. 2. parte, cap. 4. num. 17. Spino in speculo testam. glossa 2. principali, ex num. 11. & alios referens Cenedus in collectan. ad Decretales, collectan. 40. num. 3. & post eos Pichardus in principio instit. de interdictis, ex num. 130. ubi num. 138. probat interdictionem esse omnem appellationem quae cadaveris sepulturam impedire potest: vide etiam Valdesium ad Suarez in l. post rem iudicatam, extensione 5. & Salgadum optime in tract. de protectione Regia, 2. p. cap. 8. ex num. 72. ubi num. 75. limitat eum Zerola in praxi Episc. 1. p. verb. Finnes, vers. 3. Cadaver, &c. in cadavere ulcari, quod à Iudice Ecclesiastico sequestrari potest, ne sepeliatur, donec haeres caveat de restitutione.

Ad numer. 57. ibi: In quo articulo resolutivo dico, &c.

Debitor in diem, vel sub conditione, si post contractum efficiatur suspectus, quod teneatur idoneam pignoris, vel fideiussorum cautionem praestare, aliàs detrudatur in carcerem, ut hic resolvitur, docent Gregor. per Text. ibi in l. 17. tit. 13. p. 5. Padilla in l. cum proponas, n. 8. Cod. de transactionibus: Menochius de recuper. poss. remedio 5. n. 25. Gutierrez in l. nemo potest, n. 181. ff. de legatis 1. Morla in empirio, tit. 8. quest. 15. num. 4. ubi etiam ait, quod si ad debitoris bona concursus creditorum fiat poterit talis creditor ante diem agere; & si antiquior sit, habeat praedationem (de quo late, & optime Salgado in labyrintho creditorum, 1. parte, cap. 7. ex num. 24. ubi n. 26. docet, quod creditor in diem, vel sub conditione citari debet ad concursum, sua enim interest, ita quod si creditori posteriori fiat solutio, debeat tamen fideiussorem praestare de restituendo creditori conditionali anteriori, conditione completa, & ad hunc finem; ut scilicet graduetur, & in sententia describatur, admitti debet.) Azevedus & Matienzo in l. 1. tit. 16. l. 5. Recopil. ubi bene explicant, qualis debeat esse fideiussio praestanda à tali debitore suspecto, Bolanus in Curia

via Philippica, 2. p. §. falidos, ex num. 23. Osualdus ad Donell. lib. 14. c. 2. notatis lit. A. Valdesius ad Suarez in l. post rem iudicatam, in declaratione l. Regni, limitatione 7. Fontanella alios referens de Paltis, nup. clausula 4. gloss. 9. part. 5. ex num. 30. Josephus Ludovicus decif. 41. per totam, Paz in praxi 3. tomo c. 7. §. 3. num. 1. Barbofa in l. 2. ff. soluto matrimonio, 2. parte, ex num. 27. latissime, & in l. 8. §. interdum, num. 17. & seq. & n. 30. in l. si constante, eodem tit. num. 20. & seq. Pichardus in §. summa autem, Instit. de interdictis, num. 167. ubi n. 168. dictam resolutionem non solum in bonae fidei iudiciis, procedere, sed etiam in stricti juris, contra Cujacium, & alios: & n. 169. probat, quod si debitor cautionem interponere recusat, creditor conditionalis, vel in diem, in possessionem bonorum mittitur, absque eo quod permittatur ei bona distrahere ante diem, vel conditionem, hoc enim prohibetur: & dictam resolutionem etiam in legatario conditionali procedere asserit, imo quod etiam nulla subsistente causa potest cautionem petere ab haerede, ex Text. in l. haec stipulatio 14. ff. ut legatorum nomine, Castill. lib. 4. contrav. c. 59. n. 24. Joan. Grat. in reg. 58. num. 12. ubi etiam quod debitor fugitivus postea ante diem capi, licet nondum dies solutionis adveniret, Cancercius variaz. 2. p. c. 10. ex num. 15. & alios referens Salgado supra, num. 32.

Item an omnes contractus sint bonae fidei de iure Canonico: vide Cevallos, qu. 800. & Sarmiento lib. 3. selectarum, c. 3.

CAPUT XII.

De duobus Reis.

SUMMARI A.

- 1 Duo, vel plures rei, qualiter obligentur.
2 Qualiter duo rei debendi debeant conveniri.
3 Si unus ex reis debendi solvit in solidum, possit unus partes ab aliis repetere.

Quoniam autem supra visum est de omnibus contractibus, & eorum qualitatibus & de personis, quae principaliter obligantur: nunc oportet videre de duobus reis, & de fidejussoribus; & sic primò, & principaliter quæro, qualiter obligentur duo, vel plures rei debendi: & quæ sit virtus, & effectus huius obligationis: & magistraliter, & resolutivo dico, quod si duo, vel plures simpliciter obligantur, unusquisque tenetur tantum pro sua parte virili, non in solidum: & idem est de contra, si duo, vel plures sint creditores, nam cuilibet competit actio pro parte, text. est formalis & expressus in l. reos §. cum in tabulis, ff. de duobus reis, & ibi notat & commendat Gloss. ordinaria, Rayner. Alber. Angel. Paul. Imol. & communiter Doctores. Quod extendit etiam in persona unius contractus non valeat, quia non queritur alteri, nisi pro parte, text. est in l. si mihi & Titio, infra ista tit. text. in l. stipulatio ista, §. alteri versum qui eod. tit. textus in l. bis verbis, ff. de duobus reis, quod est verum & procedit, ne dum in contractu lucrativo, sed etiam in oneroso, ita probant jura superiora, probat textus in leg. fundus ille, ff. de contrahen. empt. textus in l. traditio, §. ff. in ff. de acquir. ver. domini. & idem est in ultimis voluntatibus, quia legatum pluribus factum dividitur inter eos, textus est Anton. Gomez. Variarum Resol. Tom. II.

in l. si quis testamento, ff. de leg. 1. & ibi communiter Doctores textus in leg. si pluribus, ff. de legat. textus in leg. cum fundus, ff. de cond. & demost. textus cum materia in leg. re conjunctis, ff. de leg. & idem est in sententia, quia si plures simpliciter condemnantur, unusquisque tenetur tantum pro parte, textus est in l. Paulus, la. 2. ff. de re judic. textus in l. si quis separatim, §. quotiens, ff. de appel. textus in l. 1. & 2. Cod. si plures una sententia condemnati sunt, & utrobique Doctores quod tamen limita & intelligit, quando duo, vel plures rei debendi promittunt rem merè dividuam, ut speciem, vel pecuniam, secus verò si rem individuam, ut servitium, & quid simile, quia tunc unusquisque tenetur in solidum, & idem e contra, sed plures sunt creditores, quia utrique queritur actio, & obligatio in solidum, textus est in l. 2. §. ex his, infra isto tit. textus in l. stipulationes non dividuntur eod. tit. textus in leg. haeres, §. an ea, ff. famil. erseise. textus in l. via, in itinere, ff. de servit. textus in leg. pro parte, eod. tit. textus in leg. si unus, versum, fin. ff. de servit. rustic. praedior textus in l. & per iurejurandum §. 1. ff. de acceptilat. textus in leg. fideicommissa, §. fin. de legat. 3. textus in leg. si is qui quadringenta, §. quadrum, ff. ad leg. Fuls. text. in l. fin. ff. de servit. leg. textus in l. ea que in partem, ff. de reg. jur. Secundo limita praeterquam si expresse inter partes actum est, quod teneantur in solidum, vel tacite, quia positum est distributivum, quia dictam fuit, quod quilibet promittebat, vel si apponatur verbum eadem, vel simile, textus est in l. 2. ff. de duobus reis, textus est in §. 1. Instit. eod. tit. & utrobique communiter Doctores. Item adde, quod tales duo, vel plures rei debendi possunt constitui in quolibet contractu, modò fiat & celebretur verbis, modò consensu, modò re, modò intervenit rei, textus est in leg. eadem, ff. de duobus reis, & ibi Gloss. ordinaria, Bar. & communiter Doctores, textus in leg. item queritur, §. duobus reis, ff. locat. text. in apparetie, eod. tit. textus in l. si divisa, Cod. eod. tit. Item adde, quod tales duo, vel plures, rei debendi possunt constitui in obligatione facti, text. est in l. nemo 3. de duobus reis, & ibi communiter Doctores, item unus potest obligari parte alter in diem, vel conditionem, text. est in l. ex duobus, ff. de duob. reis.

Quæro tamen, qualiter duo, vel plures rei debendi possint & debeant conveniri, & magistraliter & resolutivo dico, quod de iure antiquo poterat creditor, quem eorum velit eligere, & in solidum convenire, textus est in l. 3. §. 1. ff. de duobus reis, textus est in l. 1. Cod. eod. tit. & utrobique Doctores, imo quod magis est, poterat in solidum convenire, dum tamen protulerit, quod una solutione erit contentus, textus est in l. Paulus, la. 2. ff. quorum leg. text. in l. 1. Cod. si plures una sentent. hodie tamen etiam si in solidum sint obligati, non possunt in solidum conveniri, sed pro parte, nisi alter sit inops vel absens text. est in aurb. hoc ita, C. de duobus reis, & idem disponit text. 10. tit. 125. part.

Adde tamen, quod huic beneficio divisionis potest renunciari: argumento textus in leg. quod fieri re, Cod. de legibus, ita tenet Gloss. ordinaria in aurb. de duobus reis, collat. 7. & ibi communiter Doctores, Gloss. in §. fin. Instit. eodem tit. Bart. & communiter Doctores in d. aurb. hoc ita. Item adde, quod eo casu quo tenetur in solidum, & est renunciatum praedicto beneficio, possunt in solidum conveniri postulatione per creditorem facta, quod unica solutione